

D. A. G.
DISSSERTATIO ACADEMICA,

DE
COLONIIS
SVECORUM

IN
FINLANDIAM DEDUCTIS,

QUAM,

*Suffragante Amplissimo SENATU Philosophico in Regia,
que Aboæ floret, Academia*

Sub MODERAMINE

M^{AG.} JOHANNIS
BILMARK,

Hist. & Philos. Pract. PROFESSORIS Reg. & Ord.

Publicæ Bonorum censuræ modestè subjicit

CAROLUS CAN. WAHLBERG,

Lincopia Ostro-Gothus.

In AUDITORIO MAJORI Die XXII Decembris
An. MDCCCLXXII.

Horis ante meridiem consuetis.

A B O Æ

Impressit JOHANNES CHRISTOPH. FRENCKELL.

SÆ RÆ M:TIS
SUMMÆ FIDEI VIRO,
REGIS REGNIQUE SVIO-GOTHICI SENATORI,
CANCELLARIAE REGIAE PRÆSIDI,
REGIAE ACADEMIAE ABOENSIS CANCELLARIO,
ORDINUM REGIORUM EQUITI AC
COMMENDATORI,
ILLUSTRISSIMO ac CELSISSIMO,
COMITI ET HEROI,
DOMINO
ULRICO
SCHEFFER,
MÆCENATI SUMMO.

Quum olim licuerit, Regiis Gaxis adjicere teruncium, modo id fit
ILLUSTRISSIMI HEROES, Sorenis vultibus excepturos spe-
quod ad aras benevolentiae Vestre superplex depono. Feliciter con-
num recuperat robur, VOS Litteris exorti sitis Mæcenates Propensis-
seuſi lounge superatis, tam favore in Litteratos, quam exacta scientia-
quam Volbis cernius offero dissertationem, vel, si opusculi tenuitas hot-
DEUS REGI Augustissimo, Patriæ dulcissima & Orbi Eruditio per lon-
mos; ita votet.

ILLUSTRISSIMO-

Clientiu-

CAROLUS. C.

SÆ RÆ M:TIS

SUMMÆ FIDEI VIRO,

REGIS REGNIQUE SVIO-GOTHICI SENATORI,

CANCELLARIAE REGIÆ CONSILIARIO,

REGIÆ ACADEMIÆ LUNDENSIS CANCELLARIO,

ORDINIS REG. DE STELLA POLARI EQUITI
AC COMMENDATORI,

ILLUSTRISSIMO *atque* CELSISSIMO,
LIBERO BARONI ET HEROI,

DOMINO

MELCHIORI
FALKENBERG,

MÆCENATI SUMMO.

*ret pia intentione & devota voluntate; ego quoque submisso spero, Vos,
cimen hoc Academicum, de Coloniis Svecorum in Finlandiam deducatis,
tigit, ut dum Patria carissima sub Moderamine Maximi REGIS pristini,
qui priscum illum Mæcenatem non aequatis modo, sed omnium con-
rum & disciplinarum peritia. Suscipe itaque, MÆCENATES SUMMI, hanc,
non mereatur, ne adspernemini pietatis devotissimæ adfæctum. Servet Vos
gam annorum seriem fospites, & omni felicitatis genere florentissi-*

RUM HEROUM

minimus

WAHLBERG.

KONGL. MAJ:TS

TRO - MAN, LANDSHÖFDINGE och
RIDDARE AF KONGL. MAJ:TS
NORDSTJERNE - ORDEN,

HÖGVÅLBORNE BARON,

H E R R

**CHRISTOPHER
RAPPE,**

Upoffras detta ringa arbete, af DESS

Allerödmjukaste tjenare
CARL WAHLBERG.

KONGL. MAJ:TS

Tro-Tjenare och Lands-Secreterare,

ÅDLE och HÖGAKTADE,

HERR SAMUEL
TORPADIUS,

OCH DESS FRU

VÄLBORNA

FRU SUSANNA
ELISABETH
GÖTHERHJELM,

Et täckt och vidsträckt fält för mina ögon prålar,
Där blommor tusentals i skönsta prydnad stå,
Dem bögre fågling gifs af Solens ljufva strålar,
Som dela skuggans kropp och konfligt brutne gå.
Jag tänder tankans ljus, min syn förändrad blifver,
ER oinskränkta gunst, ER ömbet för mit väl,
År just den blomsterpark, hvars vackra rymd nu gifver
Så prydlig målning för mit sinne och min själ.
Jag mins de yngre år och hjertat börjar blöda,
De vitna nogamt om ER Huldhet emot mig,

Min

*Min ungdoms dag skred fram, Er aldrig spärra möda,
ER Vänskap, EDRA Råd, ej nänsin dölgde sig.
FÖRÄLDRÅRS kalla mull på EDER sällhet röpar;
Et tackjamt vittne til hvad godt DE af Er fålt,
Och Edert ådelsmod, Oss Barn än öfverhopar,
På öfverflödigt sätt, med ännu mera godt,
En gruslig Sorge. Post mig lyckobjulet vänder;
Nu saknas FÄR och MOR; i EDERT bus jag går,
ER bästa Egendom förtros i mina bänder,
DEN jag ned blödigt bröft, En sedan återfår.
Två omlopp Solen gjör kring GÖTHÅRS bygd och Städerna,
Då jag emedertid med blygsamt öga såg,
Hvar stund förnyadt prof af hvad som värkligt gläder,
Och för att hjälpa mig, ER altid glada häd.
Ach! Att min styrka nu mot viljan måtte svaga,
ERT Lof jag sätta skul? uti sin fallu dag,
Ty det min beder är, att altid tacksam vara,
Men handen ovan är vid fina penseldrag;
Det Mästorn böner til, att ämnet värdfigt teckna,
Och lifsig skildring ge, i boga färgers pragt,
Men jag ej måla lärdt, ocb mina färgor blekna;
Duck skal jag värda ER, det står uti min magt.
Jag af et tackamt bröft ER detta Offer gifver,
En ringa snillets frukt, af använd Ungdoms flit,
Jag lycklig är, om det ER så behagligt blifver,
Som jag det lemnat ER, af rensta vördnads nit.
ER ömbet, skal hos mig i ständig aktning blifva,
Och mine suckars väld beveka Himlens DROTT,
At ER och EDRA BARN all önsklig sällhet gifva,
Och sidst blana Ånglars tabl de Rena Andars lott.*

MINE ÖMMASTE VÄLGÖRARES

Ödmjukaste frenare
CARL WAHLBERG.

PRÆFATIO.

Quo jucundius est, in antiquitates Hyperboreas inquirere, & quo juxta difficilius censetur, densas tenebras, quibus illæ sunt involutæ, dispellere; eo etiam magis ab ingenuo quovis Litterarum alumno in hoc erit elaborandum, ut in cimmeria hac caligine facem quandam accendat. Multa omnino *παλαιοφίλω* sponte quasi sua sese fistunt momenta, quæ & attentionem & follicitam merentur indagationem; sed quum prolixum magis sit isthoc opus, quam ut unus singulis rite enucleandis sufficiat, ipse impræsentiarum particulam tantum Historiæ Patriæ selegi, breviter, quod ipsa argumenti indoles postulat, de Coloniis Svecorum in Finlandiam deductis nunc acturus. Notum scilicet est, quod populi, Svecana lingva utentes, littoribus Finlandiæ nostræ ab antiquissimis retro temporibus insederint & etiamnum insideant, ac quod multi eorum, quamvis in Finlandia nati atque educati sint, sua tamen se simplicitate involventes, sese ab ipsis Fennis, a quibus undique quasi cinguntur, distingvere soleant, immo horum lingvæ adeo saepè sint imperiti, ut ne quidem voces, quibus res in vita communi maxime necessariæ indigitantur, intelligent; quamobrem opera pretium me facturum existimavi, si de harum coloniarum ortu & in nostras oras adventu nonnulla in medium proferam, præsertim quum multi illustrationem hujus argumenti a me benigne postulaverint.

§. I.

Sicut Sveci atque Fenni sunt vicini; ita modo pacem atque amicitiam invicem coluerunt, modo iterum, versa rerum facie, gravissima quandoque inter se gesserunt bella. Inter alia notum est, quod primi ex Familia

Ynglingica Reges Svethiæ non solum in Finlandiam fese
 contulerint, sed etjam cum Finlandiæ Principibus fœde-
 ra connubialia iniverint. Quocirca facile quis sibi per-
 svadere posset, quosdam ex commilitonibus horum Svethiæ
 Regum in Finlandia remansisse, & prima quasi stamina
 coloniarum Svethicarum constituisse. Quamvis vero
 ingeniosa hæc videatur opinio; attamen quominus ipsa
 admitti possit, obstat imprimis quod probabile sit, pri-
 mas Fennorum sedes extra nostram Finlandiam ad ra-
 dices montium Norvegicorum esse inveniendas. Quam-
 obrem per hæc utriusque gentis tam amica, quam ini-
 mica commercia, borealis Westrobotniæ pars, non item
 Finlandia nostra augmentum quoddam incolarum conse-
 qui potuit. Longum deinceps fuit temporis intervallum,
 ex quo in annalibus Svethicis nulla fere Fennorum men-
 tio occurrit; qua tempestate veteres Fenni crebris Nor-
 vegorum incursionibus fatigati, ad orientales Scandiae re-
 giones commigrarunt, & brevi ad insignem adeo mul-
 titudinem increverunt, ut emissæ cohortes Svethica
 littora sæpius popularentur. His incursionibus motus
 Svethiæ Rex, ERICUS EMUNDI Filius, numerosum in
 Finlandiam nostram traduxit exercitum, rebusque felici-
 ter gestis, non pauca heic propugnacula exstruenda cu-
 ravit; ad quæ defendenda procul dubio quosdam ex suis
 reliquit sociis. Interjecto tempore Svethiæ Rex ERICUS
 SEGERSÅLL, ut Principi Holmgardensi WALDEMARO,
 de imperio ac vita periclitanti, suppetias ferret, copias
 suas in Finlandiam primum, atque hinc in Gardariciam de-
 duxit, & utramque terram pacatam sibi devinxit. Sed
 quum Principes hi Svio-Gothici vincere quidem didi-
 cissem, victoria autem uti plerumque negligerent; vix
 probabile est, quod ex cohortibus suis tot milites in Fen-
 nia nostra reliquerint, quot ad colonias constituendas
 requirebantur.

§. II.

His autem Svecorum in Finlandiam expeditionibus, animi veterum incolarum non tam mitigati, quam potius magis magisque exasperati fuerunt; quare etiam annales docent, quod veteres Fenni, vindictam spirantes, atque occasione, quam internecina inter Familiam Ericæam & Svercherianam odia suppeditabant oportunam, inferientes, nec non cum aliis vicinis gentibus classes conjungentes, littora Svethica instar turbinis perculerint. Quod quum sèpius contingeret, satis superque vedit Svethiæ Rex, ERICUS IX, quod expedita diu halcyonia per momentaneam victoriam restitui non possent, sed firmioribus opus esset repagulis. Acceslit mandatum Pontificis Romani ALEXANDRI III, jubentis, ut STEPHANUS Archi-Episcopus Upsaliensis & GUTORMUS Dux severius cum Fennis agerent, atque munimenta, si quæ haberent, expugnarent, ut ipsos in officio facilius continerent. Postquam igitur pius Rex pio suo in Religionem Christianam zelo satisfacturus decrevisset, expeditionem cruciatam in Finlandiam suscipere; tot secum commigrationis hujus socios adsumsit, quot ad coloniam quandam in littoribus nostris constituendam sufficerent. Mox igitur ut ad nostras oras pervenit, in eo elaboravit, ut veteres Fennos a crassis gentilismi tenebris ad lucem Christianam partim argumentis partim tormentis deduceret, tum etiam ut pacem & amicitiam inter vicinas gentes redderet stabilem. Vedit autem procul dubio, quod populus, fluctibus marinis adsuetus, ferocior esset, quam ut a lacesendi pruritu desisteret, quamdiu oportuna bellum inferendi esset occasio; quare veteres incolas a mari tantum, quantum potuit, removit, & vacua littora coloniæ Svethicæ, heic remansuræ, habitanda concessit. Qua quidem in re horum etiam civium securitati consuluit; quippe qui, ingruentibus forte incursionum procellis, vel in Svethiam sese conferre, si eisdem repellendis pares non

essent, vel auxilia inde recipere potuerunt; qui contra in meditullio Finlandiae constituti & veteribus colonis intermixti, tam his offendiculo, quam sibi ipsis exitio fuissent. Ab isthac igitur expeditione incunabula coloniae Sveticae per Finlandiam arcessere non dubitamus.

§. III.

In periculosa hac expeditione Regem ERICUM, cui superstatio sui ævi nomen *Saneti* tribuit, comitati sunt Duumviri Illustres, GUTORMUS, OSTMADERI Filius, qui primus in Svetia Ducis titulum obtinuit, & FAHLE BURE, HERSERI filius, qui vel Legifer Helsingiae, vel saltem inter præcipuos ejus regionis proceres fuit. Sicut uterque horum magna inter populares suos erat auctoritate; ita non multo ante Helsingis persuaserant, ut ad legitimum Dominum, Regem Svetiæ, a quo ipsi, blanditiis Regis Norvegiae seducti, defecerant, revertentur, & ipsius imperio sese sponte subjicerent; quod etiam factum fuisse novimus. Præterea quum cognovissent, quod Regi ERICO esset propositum, Finlandiam Christo & sibi submittere, documenta Religionis Christianæ, quam amplexi fuerant, exhibituri, copias ex cibis suis tot contrahunt, quot grave non duxerunt, solum vertere, atque in fertilibus hisce littoribus transmarinis, si incepitis faveret fortuna, considere, contractasque ipsi ad ERICUM duxerunt; quem nec vivum postea, nec infelici fato succumbentem deseruerunt. Hinc factum est, ut colonia illa, qua in Finlandiae nostræ oris sedes sibi statuit, ab Helsingis (*a*), Gestriciis atque Dalekarlis præcipue fuerit composita; qui, rebus heic ex sententia gestis, in illo terrarum tractu, quem *Nylandiam* (*b*) nuncupamus, penates suos constituerunt; successu temporis sese extendentes a *Norrstatan* in parœcia *Töfslala*, unde tamquam a puncto intersectionis sinus Botnicus & Fennicus in duo brachia sese expandunt, trans fluvium *Kymene*, 8 parœcias ex Satrapia Aboensi & quatuor-

tuordecim ex ditione Nylandensi complectentes. Sponsores sententiae nostrae habemus Auctores, quorum integratatem ac fidem in hoc argumento nemo adhuc in dubium vocavit. Ita enim GYLLENSTOLPE: Nylandia olim a Fennis habitata, qui Svecis & Helsingis cesserunt (*c.*). Idem plenius persequitur Cl. ER. ALROOT: „Coronidis loco id omnino observationem mereri, inquit, quod An. 1150 sub ERICO Sancto, Rege Sveciae, colonia ducentorum & quadraginta circiter hominum (forte familiarum) in Finlandiam mittebatur, quæ tractum illum, qui jam Nylandia dicitur, occupavit. Hic Helsingi vestigia nationis suæ Helsingforsia, & in parœcia Hellinge-Sokn dicta, reliquerunt: Gestricii versus orientem secedentes, parœciam *Sibbo* ita nuncupatam, quod pagi ad fluenta amnis cujusdam utrinque exstructi sunt, quasi *Sidbo*, id est utriusque lateris colonorum parœciam constituerunt. Heic ipsi quoque memoriam nominis reliquerunt. Est enim in illa parœcia pagus quidam *Gesterby* dictus, cui GESTRINI Fennones originem nominis debere, Pastor Thunen-sium Upland. Pl. reverendus Mag. GESTRINIUS litteris mihi benevole narravit, adfirmando, quod in Mæstis Patris sui saepius Gestrikeby scriptum invenerit. Nec hunc solum tractum occupasse videntur *Gestricii*, cum aliis pagis in parœcia Kyrkslätt, quæ ab occidente Helsingforsiam spectat, nomine *Gesterby* (*b*) vel *Gestrikelyn* celebretur (*e*). Huic pollicem premit Cel. E. D. SVEN BÆLTER: Nec minora fortitudinis suæ trophyæ posuerunt Helsingi temporibus ERICI IX seu Sancti circa An. 1157 in Carelia (*f*) & Nylandia, quando, missis in hæc loca colonis, sed que sua ejectis Careliis & Cajanis (*g*), terras illorum occuparunt, suisque applicuere victoriis. Hujus virtutis bellicæ vestigia non modo oppidum Helsingtors cum villa seu pago Helsingaby, sed & parœcia ipsa Helsinga-Sokn etiamnum hodie manifesta præbent, ubi præter nomen gentis lingvam quoq; siam proseminalis deprehenduntur (*b*).

(a) Latius omnino olim, quam nostro aeo, patuit *Helsingia*, suo ambitu comprehendens Angermanniam, Medelpadiam, Jemtiam cum Herdalia, Gestriciam & Botniam tam Orientalem, quam Occidentalem, vid. DALINI Histor. Patr. Tom. I. p. m 403. (b) Nylandia vi vocis significat territorium recens occupatum, eoque apparet incolas hujus serius hue advenisse. (c) Vid. Ejusd. Descript. Svet. Libr. I. Cap. 27. (d) Vid. Ejusd. Differt. Posterior. de Gestricia. p. 4. (e) Plures alii pagi eodem nomine insigniti in littoribus Finlandie meridionalibus, uti in parœcia Pargas & alibi occurunt, & qui proinde memoriam veterum Gestrictorum, hue adpellentium, reflicant. (f) Carelia late admodum olim sese extendit, adeo ut partem quandam hodiernæ Nylandie suo ambitu comprehendisse videatur. (g) An Capani seu Ostrobotnienses sese aliquando extenderint per Nylandiam, valde dubitamus; siquidem præter opiniones quorundam Auditorum nulla sint argumenta, quæ hoc ipsum in apice ponant. (h) Vid. Ejusd. Differt. Priorem de *Helsingia*. p. 18.

IV.

In majorem præsentis argumenti illustrationem juvat adhuc quasdam in medium proferre observationes. Quod populi Svetici, in Finlandiæ littoribus confederates, præcipue fuerint Helsingi atque Gestricii, nemo facile mirabitur. Sicut enim GUTORMUS atque FAMLE BURE, comites Regis ERICI IX, pari cum ipso ferebantur studio in Religione Christiana per terras Orientales propaganda; ita quoque populares suos in societatem sacræ militiæ hujus imprimis deduxerunt. Hoc autem eo libenter fecerunt, tum quod incursions Regis Norvegiæ, cuius imperio sese subduxerant, non frustra timerent, tum etiam quod solum minus fertile colere necesse haberent. Inter hæc commodum quoque accidit, ut populi modo memorati ab antiquissimis retro temporibus fuerint veteranum Fennorum vicini, adeoque & horum mores sibi quodammodo perspectos habuerint, & ad genium horum sese accommodare, quin & linguam ipsorum facilius addiscere potuerint. Adde, quod Helsingi atque Gestricii rei nauticæ non fuerint insueti; quare nec dubitarunt, se suaque fluctibus ac pelago jam committere. Præterea licet non plures, quam ducentæ admo-

admodum & quadraginta familie in littoribus Finlandiae consedissent; harum tamen numerus intra aliquot saecula adeo potuit increscere, ut plures constituerint paroecias, siquidem omnia propagationi gentis admodum inservirent. Novam enim obtinuerant patriam, quae magna suppeditabat copia, quicquid ad succulentum victum & commodum amictum esset necessarium. Optata simul gaudebant tranquillitate; priora enim vulnera cicatricem jam obduxerant, amicitiaque inter Svecos & Fennos, commune solum habitantes, per mutua matrimonia fuit redintegrata: Sveci transmarini intestinis certaminibus, quorum gravitatem crebrat Danorum ac Norwegorum irruptiones auxerant, distinebantur, atque Holmgardi ab invadentibus Tattaris adeo vexabantur, ut de prorogando imperio cogitare non potuerint. Conjunctionem utriusque gentis per connubia probant multæ in littoribus nostris paroeciarum, ubi in una eademque Ecclesia quidam lingua Fennica, alii Svethica, pauci admodum utraque utuntur, immo uterque populus suæ linguae est tenacissimus. Hoc inde elucecit, partim quod in Paroecia Pargas nunc paucissimi reperiantur incolæ, lingua Fennica utentes, qui olim multo plures fuerunt, partim quod in aliis paroeciis multæ nunc sint villæ, Fennicis insignitæ nominibus, quorum tamen incolæ Svecano utuntur idiomate, partim denique quod in paroecia Sagu numerus Fennorum quotannis increcere videatur, plura etiam prædia Svethicis insignita nominibus jam incolant Fenni. Insuper in paroecia Tössala annexis Wartsala & S. Jacobi conciones tantum Svecanae olim habebantur, quæ deinceps lingua partim Svecana partim Fennica administrabantur; nunc autem incolæ lingua tantum Fennica in sacris utuntur. Potest tamen id cuiquam peculiare obvenire, quod, quum Sveci cum ERICO S. huc pervenientes, circum circa Aboam res suas gesserint, experientia tamen doceat, quod paroecia,

roeciae, urbi nostrae vicinæ, immo major etiam civitatis nostræ pars Lingva Fennica utantur. Sed quum tam Rex ERICUS, quam Episcopus HENRICUS cruenta sui vestigia heic reliquerint, & Aboam, maximum totius Finlandiae emporium, Fenni quotannis frequentes confluenter; Sveci, suæ securitati ista tempestate consulturi, ex continent terra discedentes, insulas potissimum habitandas sibi delegerunt. Sic incolæ parœciae Pikensis lingua utuntur Fennica; qui autem vicinam & eidem parœciae innexam insulam Kustö incolunt, Lingvam Svecanam satis puram loquuntur. Cujus rei hanc nos opinamur caußam, quod Episcoporum Aboënsium, in arce Kustöensi sedem suam habentium, plures fuerint Sveci, qui procul dubio colonos Svecicos ex littoribus transmarinis hic arcessendos curarunt. Immo instituta nonnulla probare videntur, hos colonos ex Scania fuisse ortos; sed quo fato aut consilio in Finlandiam pervenerint, indagare non potuimus.

§. V.

Quamvis Sveci, qui cum Rege ERICO, sicut modo dictum fuit, in Finlandiam pervenerunt, prima quasi stamina sint populorum, littora nostra imprimis meridionalia incolentium; nemo tamen sibi propterea persuadeat, quod ab his solis omnes illi sint oriundi, qui littora sinus Fennici nunc occupant. Verisimile potius est, quod Sveci, diversis fortunæ tempestatibus agitati, fessis suis penatibus in nostris oris iterum iterumque sedes quæsiverint, nec ab una eademque Svethiæ plaga singuli cursum suum hue direxerint. In obscuris his gentium natalibus indagandis multum quidem lucis, deficientibus annalium monumentis, fœnerari solent ipsæ dialecti; sed quum hæ in diversis Finlandiae parœciis Svecanis ferme sint diversæ, concludere par est, quod homines, colonias Svecorum heic constituentes, ex variis provinciis fuerint collecti, & prout successu temporis

tis diversa horum existiterit coniunctio, diversæ adeo dialecti sensim sint formatæ, ut primitiva matrix non amplius dignoscatur. Interim tamen in quibusdam Nylandiæ parœciis dialectus Helsingica atque Gestricia manifesto sese etiamnum prodit; quin & nonnullas Majorum suorum consuetudines tenaciter adhuc retineant hi incolæ. Licet etiam epochas commigrationis variorum Svethiæ populorum in Finlandiam determinare non possumus; sequentibus tamen occasionibus hoc factum fuisse, non præter rationem existimamus. Postquam Tataræ seculo XIII Holmgardiam vexare inceperant; turbine quoque isto quaestata fuit vicina Finlandia: quare Fenni, sese defensuri, arma sumserunt, disjectoque ferocium hostium globo, secunda fortuna utentes, impotenti Regis Svethiæ, ERICI BALBI, imperio sese subducere moliebantur. Motus hos sedatus fortissimus ille Jarlus de Bjelbo, BIRGERUS, numerosum exercitum An. 1249 in Finlandiam traduxit, cuius majorem partem, dissipatis barbaris, in præsidium Fenniæ reliquit; ipse in Svethiam sese conferens. Quocirca probabile admodum est, quod multi horum militum, locorum tam amicitate quam fertilitate allecti, stabiles sibi sedes, præsertim in littoribus, ubi alios invenerunt populares, constituerint. Nec quemquam fugit, quod alii Svecorum Dukes magnas cohortes interjecto tempore hic deduxerint, quarum paucæ de reditu in patriam cogitasse videntur. Præcipue vero in gravissima illa rerum omnium confusione, qua sib Dynastiis Folkungica & Dano-Germanica orbem SvioGothicum adflxit, multæ procul dubio Familiae Svecanæ asylum contra imminentes calamitates in nostris littoribus invenerunt oportunum; famam nominis non querentes, sed satis bene vixisse se arbitrantes, si bene latuiscent.

§. VI.

Quæ in medium hæcenus attulimus, concernunt im-

primis originem accolarum Svecicorum sinus Fennici; sed quum mare Balticum altero quasi brachio complectatur littora sinus Botnici, & satis constet, quod parœciæ Ostrobotnienses, sinui huic finitimiæ, inde ab urbe Christina usque ad civitatem Gamla Carleby Svecanis gaudeant incolis, de horum quoque ortu, quantum per monumentorum inopiam licet, erunt jam nonnullæ differenda. Quum igitur per adventum OTHINI II in Scandinaviam ingens facta fuisset rerum conversio; quidam antiquitatum Patriarum Argyraspides existimant, populos, Regis GYLFONIS imperio subjectos & instituta Othiniana ægre ferentes, in Ostrobotniam sele receperisse. Saltem pro comperto habent, quod tempore Regis INGIALDI, ILLRÅDA cognominati, seu Sæculo VIII in Ostrobotnia floruerit Vir magna dignitatis CALEWAS, cuius filii ac nepotes prodigiosæ omnino & proceritatis & roboris fuisse perhibentur (*a*). Enimvero licet non negem, gentem Calewas in borealibus hisce oris esse valde celebrem, quippe quum & multa sui monumenta, quorum rudera ad nostram etiam ætatem pervenerunt, reliquerit, & nonnulli Ostrobotniensium ex eadem suos etjamnum natales repetere soleant; singulis tamen momentis rite expensis, vix probabile evadit, quod Calewas & triga filiorum ejus ad obscuram adeo antiquitatem pertingant. Quin potius, quum nulla fere sit gens, quæ genus suum ad gigantes non referat, Ostrobotnienses quoque gentem Calewas in horum retulerunt numerum. Alii rursum, inter quos præcipue nominandus est BUREUS, memoriae produnt, quod aliquot feminæ, leptem vel duodecim, sub nomine totidem Sororum ab Helsingia in Ostrobotniam migraverint, & quod incolæ genus suum ex illis deducere possint (*b*). Alii denique primordia incolarum Svecicorum per Ostrobotniam arcessunt ex sociis Regis ERICI IX; quæ opinio nec sua probabilitate prorsus destituitur. Sive enim nobis persyadeamus,

quod

quod Rex saepius nominatus ad Helsingos & Gestricios sese primum contulerit, &, comparata heic classe, in Ostrobotniam rectâ contenderit, hinc porro Aboam versus iter dirigens; sive eorum potior censeatur opinio, qui existimant, Regem hunc, rebus demum in meridionali Finlandiae parte feliciter gestis, ad terras polo arctico viciniores sese contulisse; in utroque casu necesse est, ut ex militibus Svecanis aliquot passim reliquerit, quorum numerus brevi ita increvit, ut ipsi parœcias quasdam constituerint. Imprimis autem Ostrobotnia, sub auspicio Jarli OstroGothorum BIRGERI, qui adfinis erat Regis ERICI Balbi, Svecanos nacha fuit incolas; cuius rei causam interserunt Auctores, quod Ostrobotnienses sua piratica mare & præcipue sinum Botnicum reddidissent infestum. Quamobrem ita canit MESSENIUS in Chronico Finlandiae M: Sto:

*At han tit rymde theta mult (c),
I hans Sticht Hedningar tumult,
Och måst the Tavaster gjorde.
När Kung ERIC Låsp thet sporde,
En stor Krigs magt utsänder han (e),
BIRGER JÄRL var bennes Förmän,
The Segla bort i JESU namn, 1249
Kårs uppreste i första hamm,
Som tberof kallas än i dag
Och annat efter sit bebag.
På en besluten hög bart när,
Af thet han Korsholm nämnder är,
Tber bygga the et skönt Fäste,
Hedningarne omkring gäste,
Som vid Sjön i Österbotn bo,
Them tvinga the til then Christna tro
Hvaraf Landsfälket afflagit är,
Svånska bönder nedfattes tber,
Med Finskem i bvarannan by
Ännu bo tber Svenska forty, &c.*

Bir-

Birgero autem satis non fuit, colonias Svecicas in Littoribus Ostrobotniæ constituisse, verum interea, dum tutelam filii sui, Regis WALDEMARI, gessit, regnoque Svetiæ ita præfuit, multis Svecorum Familiis, sterilitatem glebae suæ coram ipso crepanibus, persuasit, ut ad Ostrobotnias oras sese conferrent, ubi nihil omnino desiderarent, quod ad commodiorem pertineret vitam. Atque ita sensim sensimque formatæ sunt paroœtiaæ Svecanæ per Ostrobotniam. Sed hæc uberioris persequi, quod vellem, forte etiam deberem, ne exspectationem Benevoli Lectoris prorsus fallam, rerum mearum habitus non permittit.

(a) Vid. Nob. DALINI *Histor. Sver.* Tom. I. p. 405. nec non *Pracl. MATHESII Dissert. de Ostrobotnia* p. 18, 19, 20. (b) Vid. Ejusd. *Descriptionem Svecie* p. 34, 35, item *S. BÆLTER in Dissert. priori de Helsingia* p. 19. Quod si factum hoc sit verum, ratio quodammodo reædi potest, cur Ostrobotnia a Monachis appellata fuerit *Quenland* seu *Terra seminarum*. (c) Locatus fuerat MESSENIUS in antecedentibus de Episcopo Aboënsi THOMA, Anglo, qui An. 1247 ob turbas in sua Diocessi exortas, in Gothlandiam sese contulit. (d) Amplius hoc ipsum persequitur MESSENIUS in *Scand. Illustr. Tom. X.* p. 9. "ERICUS Svecia Rex Finiorum provocatus brealium piratica An. 1249 transmisso illuc exercitu, per osinum direccio Birgerum *Jarl*, plerosque Ostrobotniensium, ad arma convolantium, protervit; his novos ex Svecia colonos sufficit, Ethnicos ad Christum superstites convertit, in binas cum Svecis divisas parochias, Pederboreyem scilicet & Muferensem, occasionemque redicendi erupturus illis, praesidium erigit Korsholmense, sub quo & civitas deinde conjurit. .

S. D. G.



à L'AUTEUR,

MONSIEUR,

Prévenu des plus honnêtes marques de Votre amitié, il n'y a pas sans raison, que mon cœur est pénétré des plus doux sentimens, voyant que Vous allez Vous aquérir une solide gloire par la savante dissertation, que Vous donnez maintenant au public. Je sais que la matière, dont il s'agit ici, est enveloppée des épaisses ténèbres; mais le génie délié, que Vous possedez, à heureusement dissipé le brouillard, qu'on trouvoit dans l'*Histoire du Nord*, au sujet de l'origine des Colonies Suedoises, qui se sont établies dans la Finlandie. Je voudrois bien Vous prouver, MONSIEUR, la sensible part, que je prends de Vos progrès dans la carrière des savans, en louant Vos belles qualités, mais Vos talents & Vos merites sont au dessus de mon éloge. Il ne me reste donc, que de souhaiter qu'il plait au Tout-Puissant, de Vous combler de toute sorte de prospérité. Au reste si Vous faites quelque cas de ma reciproque amitié & de mon affection pour Vous, j'ai l'honneur de Vous en faire un offert, étant toujours avec un attachement sans bornes:

MONSIEUR

Votre très humble serviteur
J. G. EHRENMALM.

TIL

HERR AUCTOREN.

Jag söker fåfängt bär, mit hjerta för DIG måla,
At värdigt prisa DIG, Jag är för klen och svag.
DIN Vänskap är för ren, at något smicker tåla;
DITT Vett bär lyser väl uti sin fulla dag.
DITT snille och DIN Dygd DIG värda Lagrar båda,
Och Verldens Vittra Folk skall yrka DITT beröm,
Fast lyckan DIG ej ser, dock skal DU lyckligt skåda,
Hur Himlen om DITT vett och om DIN Dygd är öm.

Af Din trogne vän
A. F. REGNER.